Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bedei · & alii qua plurimi. nec tam huiusmodi exitu inge
miscere · sed cui potius longanimitate ferre uoluerunt diu lon
gos sustinuere labores · sed hos patienter & sine murmura
tione tulere · ut noe in edificatione arce per centum annos
moyses in erpitione & ducatu populi per annos. xl. dauid in
exilio sine culpa perpesso · ioseph in seruicio frm fraude sus
cepto. Ad utraq; autem firmum & imitabile subiunxit exem
plum dicens. Iob audistis · & finem domini uidistis. Laborem in
quit & patientiam iob lectione cognouistis · & quia dupli
cia cuncta que hostis fraude perdidit domino miserante rece
pit · Exitum quoq; domini in cruce quem longanimiter suscepit
astantes ipsi uidistis. sed & gloriam resurrectionis & ascen
sionis ei ad celos euglica predicatione didicistis. Quia mi
sericors et dns & miserator: ut uel in presenti suos a temptatio
nib: liberet · & pestantia fidei & iam coram hominib uiuen
tes glificet · uel post mortem in occulto coronet · & ne sic quidem
ab hominib: memoriam quam meruere laudis auferat.
Ante autem omnia fres mei nolite iurare & ceteram · Quia lenis
rum lingue uirus adintegrum in suis auditorib exhau
rire desiderat qui detrahere alterutrum uetuit · qui uidi
care primum interdiuit · qui in aduersitatib alterutrum in
gemiscere prohibuit · que sit apta peccata · addit & iam hoc
quod quibdam leue uidet · ut iuris quoq; iurandi esse
tudinem tollat · Nam hoc quoq; illis nequaquam puruiden
dum patenter apparet qui illam domini sententiam solliciter con
derant qua dicit · Omne uerbum ociosum quod locuti fuerint
homines reddent rationem de eo in die iudicii. Ut non